officio notus coram officio et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus
stans personaliter in vim relationis suae recognovit quia sabbato
proxime praeterito anno praesenti Cittoz bracham tristem Chen
gnieu praemam lanus in se cavens ex parte nobilis christo
ffori Komorowszky super quosdam Nicolaum Charlo de Sze
karzowyce vexilliferum terrae praemisliensis in bonis et forta
licio villae Lasky posuit et reliquit possessionemque eiusdem Citta
nonis facteri et familiae eiusdem fortalicii ac incolis eiusdem
villae iuxta iuris formam publicavit et ad noticiam deduxit
quae ita et non aliter fuit ipse nobilis recognovit

Intro data per morawski Lowieczky

Ministerialis terrestris praemisliensis praevidus Antonius de Stobno
unacum nobilibus Felice et Mathia Budly secum comparentes
coram officio et actis praesentibus castrensibus praemisliensibus stans personaliter
in vim relationis suae recognovit quia sabbato post festum san
cte dorotheae virginis proxime praeterita anno praesenti quosdam Cra
sinus morawsky dedit et admisit realem intrinsecam et actua
lem pacificamque possessionem in qualibet Cmethones sic dictos
Jacobum Stanislaum Socha et textorem vicinum et in tota et
integra medietate sortis suae villae morawsko nobili Joze
pho Lowieczky vigore inscriptionis terrestris praemisliensis in summa
trecentorum et triginta florenorum pecuniae per eundem Crasinum
morawsky eidem Jozepho Lowieczky modo obligatorio inscriptae ac
obedientiam praefatorum Cmethonum in praesentia nobilis et nobilium
ipse Crasinus morawsky demandavit et immisit quam instan
ti praestiterunt et obedierunt nemine eadem intrinsecam contradicente
et impugnante immo per eundem morawsky ad eandem intrinsecam
libere consentiente et admittente quae ita et non aliter fuit ipse
nobilis recognovit et nobiles praefati relatum ipsius nobilis recognitio
ne sua personali attestati sunt

Relatio nobilis ex parte Janczewsky contra Dersmak

ex copia

Ad acta praesentia stans personaliter praevidus Mychallo de
Myslatyce nobilis terrestris praemisliensis unacum nobilibus Joanne
Dussowsky valentino Szachoczky in vim relationis suae ubicumque
locorum facien publice recognovit quia die dominico ante festum
nativitatis domini proximo nobilis Jacobus Janczewski nomine
nobilis Mathiae Janczewsky nuncupati rogatus est ipse in et contra Ge
nerosum Stanislaum Derschyak tribunum Samboriensem protestatus
quomodo ipse Stanislaus Derschyak postposito dei timore an
stritatemque legis contra homicidas sancitae non formidans feria
sexta in crastino festi sancti Nicolai anni proxime praeteriti veni
ens vidit in lapideam nuncupatam Mucharskiej in civitate praemisl
sitam in hospitium nobilis olim Martini Janczewsky nuncupati rogatus
servitorum sui fratris praefati Mathiae Janczewsky rogatus germani in quo

hospitio praefato ipse olim Martinus Janczewsky infirmus decumbebat
cui praefatus Stanislaus Derschyak instrumento bellico alias kiloffem in
manu sinistra prope brachium vulnus cruentum fossum evenire infli
xit ac in duobus locis prope brachio eodem instrumento bellico praefato
eandem manum sinistram fraxit seu ossa ac crura eiusdem manus sinistre
attrivit qui tandem existens magis afflictus ad priorem infirmitatem
eodem vulnere ac fractione manus praefatae in eadem afflictione aliquot
diebus languens et decumbens ab ipso vulnere et fractione manus mor
tuus est ad cuius necem et mortem ipse Stanislaus Derschyak occa
sionem dedit seu ea sua vulneratione et fractione manus praefatae illum
enecavit et de vino mortuum fecit hominem innocentem ac tandem pace
et tranquillitate communi assecuratum et sub tuitione eiusdem pacis cons
tutellaque ac umbra ipsius met Stanislai Derschyak uti domini sui
existentes tanquam nobilis regnicola inhibet a praefato Stanislao Der
schyak tanquam domino suo quidpiam mali in discrimine et periculum
vitae suae inferri supplicant qui nobilis praefatus unacum nobilibus
praemissis eundem mortuum cadaver nobilis olim Martini Janczewski
unacum nobilibus praefatis in praefata lapidea Mucharskiej praemisliensis
sitam iacentem ac vulnus in manu sinistra inflictum. Deinde in
duobus locis fractionem eiusdem manus sinistre vidit et diligen
ter conspexit ac illum esse necatum per praefatum Stanislaum Derschyak
illis est nomine Mathiae Janczewski protestatum tandem dum ipse Jacobus
Janczewsky ad sepelienda et ad ecclesiam defferendum eundem corpus se pre
parabat ac per nobilem praefatum eandem enecationem praefati olim Martini
Janczewski per Stanislaum Derschyak praenominatum factam proclamari
et publicari instigabat extunc ipse Stanislaus Derschyak circa la
pideam Mucharskiej praefatam veniens super Jacobum Janczewsky praefa
tum evaginato cultro alias kordem aliquot ictibus illum offerens
qui si fuga non evasisset illum enecasset prohibens et renuens praefa
to Jacobo Janczewski ne ex parte ipsius Mathiae Janczewsky fratris
germani ipsius olim Martini Janczewski protestationem ac proclamationem
enecationis ipsius contra praefatum Stanislaum Derschyak faceret prout dum
praefatum corpus praemisliae in ecclesia sancti Francisci sepeliebat et
circa sepulturam octisionem ipsius olim Martini Janczewski per praefatum
Stanislaum Derschyak factam per nobilem praefatum publicari et procla
mari instigabat extunc ipse Stanislaus Derschyak Caternatum
cum servis suis in ecclesiam praefatam ad sepulturam eiusdem octisi
cadaveris supervenit fremens et furiens contra ipsum Jacobum
Janczewski et ad lites se paratum praestans si et in quantum ipse
Jacobus Janczewski per nobilem praefatum enecationem cadaveris
praefati proclamare et publicare voluisset prout etiam et ipse Jacobus
Janczewski praecavens discrimen et periculum vitae suae quod ipsi
Stanislaus Derschyak inferri publicabatur ac per servos
suos minimas denuntiabatur ac adeo patrem in ecclesia
ubi corpus sepeliebatur paratus fuit proclamare et publi
care unacum nobili praefato eandem enecationem minime audebat